

probationem in contrarium, ex qua ratione & bene (cum Mascardo per eum citato) inferit a ratione cessante Farin. ubi proxime num. 125. quod in omnibus, in quibus præsumptio juris & de jure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus tali præsumptione appellare potest: quales ii sunt casus, in quibus præsumptio juris & de jure admittat, probationem in contrarium, vide exactissime Menoch. de præsumpt. d. lib. 1. q. 61. cum pluribus seqq. ubi etiam, quales sint præsumptiones juris & de jure; condemnatus autem sola juris præsumptione non prohibetur appellari, quia semper admittit probationem in contrarium. Ita Menoch. d. q. 76. in fin.

CAPUT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatible vacasse, mandanteque providere personæ idoneæ; appellacioni interpolitæ, an judex Ecclesiasticus vim faciet, non deferens, procedensque ejus ad executionem.

SUMMARIUM.

- 1 Declaratoria sententia, aliquam incidisse in penam ipso jure impostam, an sit necessaria.
2 Clericus privatus beneficio ipso jure per adeptionem secundi an ad declaratoriam sententiam sit necessariò citandus.
3 A pena per legem ipso jure imposta, licet non sit licita appellatio, tamen a declaratoria aliquem in eam incidisse, illam admittit quoad urumpue effectum.
4 Incompatible beneficium obtinens ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debeat citari, & audiri.
5 Incompatible obtinens sententia an requiratur diffinitiva, ad privationem, & an appellacioni ab ea deferendâ, cernat Senatus Regius auditis per via violentiæ.
6 Appellacioni a sententia declaratoria, beneficium incompatible vacasse per adeptionem pacificæ possessionis, secundi, non esse deferendum, verius demonstratur.
7 Incompatible beneficium ipso jure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citacione possessoris.
8 Possessore privato ipso jure, potest alius eligi absque alia sententia privationis.
9 Beneficium quando vacat ipso jure per obtentionem secundi non est necesse judicem adire pro sententia declaratoria privationis.
10 Incompatible beneficium quantum ad juris effectum vacans est, & ideo in ejus collatione & provisione nulla requiritur possessoris citacio.
11 Possessor privatus ipso jure per adeptionem secundi incompatible si ad collationem de jure vacantis non fuit citatus, tamen possessio facti, & detentio advocati ab eo non potest, nisi citacione premissa.
12 Executor Apostolicus ad tradendam possessionem beneficii vacantis ipso jure proviso tradere non debet, nec à detentatore aufrenda, nisi isto prius citato, quando ad ejus provisionem citatus non fuisset.
13 Quod extenditur ad omnes, privat omnes ipso jure.
14 Dominium licet sit amissum, & publicatum ipso jure, non tamen possessio, que est facti.
15 Notoriè ubi constat, quem esse privatum beneficio ipso jure, vel quando in sententia declaratoria possessor vocatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso jure possessio advocari potest a detentatore absque alia citacione.
Et ita procedunt Doctores indistinctè tenentes, posse à

- 16 Causa cognitio que est adhibenda in tollenda possessione a detentatore ob vacationem ipso jure, debet esse summaria.
17 Beneficium incompatible cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet faciendum, quam ipsa nudi facti executio.
18 Sententia judicis non debet esse melioris conditionis, quam sententia juris, & quomodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executore juris.
19 & 21 Dejectus per judicem a beneficio vacante ipso jure præmissa citacione, non est restituendus.
20 Privatus ipso jure si spoliatur a privato (auctoritate tamen judicis) restitui non debet, quem excludit exceptio privationis ipso jure.
22 Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet à jure providendi beneficia incompatible vacantia ipso jure per pacificam possessionem secundi.
23 Plurima jura canonica ad idem expressa explanantur ibide appellacionem non esse admittendam à iudice, cujus facultati seu libero arbitrio aliquid de jure committitur, omnium receptissima est sententia.
24 Libera facultas dici non potest, que ab alio dependentiam habet.
(Libere) dictio idem importat quod sine alterius consilio, consensu, interventu, equisione seu interventione, ib.
25 (Libere) dictio importat voluntatem absolutam.
26 (Libere) dictio liberam denotat potestatem in faciente sua sponte & alterius voluntate non requisita.
27 (Libere) dictio, ubi apponitur, impedit appellacionem, quia idem importat, quod appellacione & prescriptio non obstant.
28 Commissio signata cum clausula (libere expedienda & determinanda) intelligitur appellacione remota.
29 Philip. Franc. declaratur, dum dicit, quod in commissione cum clausula (libere terminanda) possit appellari, ubi iusta causa & ratio appellandi subest.
30 Privilegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur alicui ut causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea provocare.
31 (Libere) dictio nec jure nec ratione, nec aequitate aliqua regularatur.
32 Contradictio ubi à jure sublata est, pariter & appellacio sublata intelligitur.
33 (Libere) dictio ubi est apposita, intelligitur sublata omnis contradictio, & impedimentum.
34 Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipso jure adeptionem secundi cum per jus accipiat ordinarius, debet intelligi appellacione non obstante.
35 Sine contradictione actum celebrat, qui potest facere liberè.
36 Jura loquentia de privatione beneficii vacantis per adeptionem secundi incompatible juxta verba quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis avocationem, prout est verbum (illico, absque mora dispendio, &c.) & que ea sint jura plura explanantur.
37 Moram aut dilationem ubi res non recipit, appellacio sublata intelligitur.
39 Appellacio sublata intelligitur per verba equipollentia, 48. (Illico) dictio significat executionem paratam, nec requiri aliam condemnationem.
40 (Illico) dictio exponitur, id est sine ulla dilatione & significat laram sententiam jure operante.
41 (Mox) dictio idem operatur.
42 Statutum tollens appellacionem, debet esse clarum, non turbidum, cum suapte natura sit etiam strictè interpretacionis.
43 Secus autem in lege, quia per eam tollitur appellacio etiam per equipollentiam.

- L. constitutio, ff. de appella. interpretatur, ibidem.
44 Dictiones (statim, illico, mox) excludunt appellacionem.
45 Opinio Hieron. Gonz. & Gratian. reprobat dicentes dictiones (mox, statim, confestim, illico) & similia non excludere appellacionem.
46 Dictiones (mox, statim, illico) & similia nullam dilationem admittunt, & intelliguntur sine temporis intervallo.
47 Dictiones (statim, mox) & similia important summariam cognicionem, & non requirunt sententiam.
48 Dictiones (statim, illico) & similia intelliguntur cum temperamento ratione subjectæ materiæ.
49 Temporis intervallum quod requirunt dictiones (mox, statim, & similia) est ut non statim sententia lata executionetur, sed omnia substantialia executionis prout citationes & similia præcedant.
50 Dictiones (mox, statim, & similia), effectu non indigent sententia translata in rem judicatam.
51 Executorialium paritio licet sit statim faciendâ, intelligitur tamen civiliter, & cum aliquo temperamento.
52 Executorialium paritionis temperamentum respicit tempus, non appellacionem, quam executoriales non recipiunt.
53 Sententia, qua declaratur incompatible vacasse per adeptionem alterius, ac simul mandatur ejusdem fieri provisionem, non suspenditur per appellacionem interjectam per detentatorem utriusque prout decrevit Senatus Vallisoletanus.
54 Clausula (dimittendi primum incompatible intra duos menses, &c.) adjecta in Bulla impetrationis secundi quomodo intelligenda est, & declaranda, & an ad juris terminos sit reducenda, remissivè.
55 Clausula (dimittendi) an existenti in Curia terminus currat à tempore notitia capta possessionis in partibus.
56 Clausula (dimittendi) virtute quando possit vel non, ob non dimissionem beneficium impetrari, remissivè.
57 Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 7. disponens contra retinentes incompatible procedendâ esse appellacionem, & inhibitione non obstantibus, dilucide explanatur.
58 Clausula (appellacionibus, &c. minime suffragantibus) ut generalis omnia in Concilio contenta comprehendit.
59 Text. in c. 2. requiris 41. de appell. expenditur.
60 Verbum (in præmissis) quo utitur Tridentinum, ad omnia præcedentia refertur, juxta ejus grammaticalem significacionem.
61 Clausula (de præmissis) ad omnia & singula præcedentia refertur de necessitate.
62 Dictio [præmissa] est repetitiva omnium præcedentium.
63 Dictio [supradictis] restringit dispositionem ad superiora, perinde ac si specialiter essent repetita.
64 Dictio [hujusmodi] præcedentia reperit cum omnibus suis qualitatibus.
65 Bulla Pii Pape IV. edita in confirmationem Concilii mandavit omnia & singula decreta ejus observari appellacione remota.
66 Declaratoria sententia requiritur cum prævia cause cognicione, quando beneficium vacat ipso jure ob penam alicujus facti, puta, ob non residentiam, non tamen quando ex juris dispositione puta ob adeptionem secundi incompatible.
67 Inter vacationem beneficii ipso jure ob penam facti, & ob vacationem, ob juris dispositionem id dictantur, differentia, & ejus genuina ratio redditur.
68 Sententia declaratoria ubi requiritur in privatione beneficii ob penam non ideo sequitur, quod appellacio sit admittenda, si aliqua specialitatis ratione excludatur, ut in privatione ob non residentiam.
69 Sententia declaratoria incurfus in penam privationis ipso jure quoad appellacionis prohibitionem, vestitur ex natura casus, cui adjicitur, ut si casus est appellabilis, a declaratoria appellatur, si inappellabilis, a declaratoria multo fortius prohibetur appellari.
70 Judex in declaratoria privationis ipso jure nihil novi agit, sed actum in præteritum ostendit.
71 Appellari licet non possit à pena excommunicationis lata ipso jure, tamen a declaratoria admittitur appellacio quoad utrumque effectum.
72 Declaratoria sententia incurfus censurarum si sit lata in causa executiva secundam ejus naturam regularitur, & pariter non recipit appellacionem suspensivam.
73 Appellari non licet a pena legis seu canonis, a declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, licet a est appellacio.
74 Declaratus incidisse in penam si sit convictus & confessus non appellat.
75 Beneficiatus absens monitus & contumax plebitur pena privationis beneficii ob non residentiam, cujus executionem debet præcedere declaratoria sententia diffinitiva cum causa cognicione, alias erit attentata, & nulla.
76 Declaratoria sententia aliquem esse privatum beneficio ob non residentiam, quando non recipit appellacionem suspensivam.
77 Contra non residentem quando proceditur ad privationem beneficii admittitur appellacio, si non præcedit causa cognitio & citacio, & quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius.
77 Beneficia omnia etiam simplicia quomodolibet residentiam requirentia, dicuntur incompatible, & per adeptionem possessionis pacificæ secundi, vacat primum ipso jure ex dispositione Trid.
79 & 85 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. explanatur.
80 Beneficia simplicia etiam requirentia residentiam per secundi adeptionem inter se non vacare hodie ipso jure, qui teneant.
81 Beneficia simplicia requirentia residentiam sunt inter se incompatible, & per consequens hodie vacans secundum ipso jure ex magis vera opinione.
Text. in cap. de multa, de præbend. interpretatur, ibid.
82 Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando ejus residentia non est præcisæ & absoluta, sed casualiva ratione amissionis fructuum.
83 Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando residentia non est continua, sed ad certum tempus, nisi in eodem tempore concurrat servitium & residentia alterius.
84 Navarrus relatus pro contraria opinione explicatur.
85 Author valde miratur aliquorum Doctorum cavillantium clara verba, ibi relata Concil. Trid. d. cap. 4. sess. 7. de reform.
86 Concil. Trid. decreti sess. 24. de reform. cap. 17. quod contrarium videbatur d. c. 4. sess. 7. de reform. secundum aliquorum sinistram declaracionem formalis sensus restituitur.
87 Circa incompatibilitatem beneficiorum, & ejus plurimas questiones, Doctores qui sint videndi.

ARTICULUS iste perdifficilis est, quem ad partes examinabo, quorum affirmativam: nempe judicem Ecclesiasticum vim facere, non deferentem appellacioni interjectæ a possessore primi beneficii vacantis ipso jure per adeptionem alterius incompatible; probatur primò, licet pena imponatur alicui ipso jure, requirit sententiam declaratoriam, quem in ipsam incidisse, quæ nihilominus est necessaria, Bart. in l. ejus qui delatorem, per text. ibi, ff. de jure fisci, & Joan. Andr. & alii scribentes, per text. ibi in c. una secundum leges in §. confirmationis, de hæreticis, lib. 6. Joan. Andr. Archidia. Petrus de Ancara Dominic. & Philip. Franc. in c. 2. de præscript. lib. 6. & in cap. felicitis, §. nullus, de penis, lib. 6. & omnes ferè scribentes in c. p. 1. de homicidio, eod. lib. Cardin. in clem. 1. in princ. annotat. 1. 4. de penis, & Petrus Salgado de Protect. Reg. li 3 de



de Ancara in cap. cupientes §. quod si per viginti, col. ult. versiculo item collige, de electione lib. 6. ubi ad hoc dicit singularem text. in d. §. confiscationis, & in cons. 133. incip. satis inadvertenter, col. 1. vers. ego etiam; & in concil. 189. incipit tribus, col. 1. vers. 2. moveor, Dominic. in cons. 42. incipit in nomine, & c. quia revocatur, col. 1. & Felinus in c. Rodolphus, col. 2. 4. vers. sed declaratoria sententia de rescript. & in c. cum non ab homine, col. 4. versiculo utrum autem data de re judic. & in c. 2. in princ. de sponsalibus, & in cons. 35. incipit; quidem habens unum filium, col. ult. & multos & hanc sententiam tenentes refert & sequitur Alexand. in l. si quis major col. 1. penult. C. de transact. & ita tenendum est contra aliquos, quos refert Tiraquell. in l. si unquam, verbo, revertatur, n. 398. C. de revocand. donation. resolvit etiam Ojeda de Mendoza in tract. de clericis, & eorum exempti. limit. 4. n. 7.

2 Et in hac sententia declaratoria citandus est clericus privatus beneficio ipso jure, quia cum de ejus prejudicio tractetur, necessaria est; gl. in clem. presentis in verbo, constituitur, de penis, sequitur Roman. in l. is cui bonis ff. de verb. obligat. Panormit. & alii in cap. pervenit el. 1. de appellat. & Bald. in l. ea que C. commun. utriusque iudicii, Bart. in l. ab executore, in princ. ff. de appellat. Aret. in c. 1. column. 8. vers. verum autem quando poena de iudic. & in cons. 116. incipit, sicut Joannes dixit, col. 9. & Alexand. in addition. ad Bart. in l. Imperator ff. de iure fisci, & Felin. in c. Rodolphus, col. antepenult. vers. sed justior est cum citatur pars, de rescriptis, & Socinus inter consil. Federici senioris, cons. 20. incipit, Domine labia mea, aperies, in 4. dubio, ubi inquit de hoc esse text. expressum in cap. parochianos, ubi notat Panormit. & facit clem. dudum, de renuntiat. Tiraquell. ubi supr. n. 404. ergo succedit regula l. & in majoribus C. de appell. juncto tit. ff. nihil novari appell. pend.

3 Secundò quia licet ab ipsa poena, à jure imposta, non sit licita appellatio, tamen à sententia declaratoria alicum incidisse in illam, licita est quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum, plures, quos congerit Navar. in c. cum contingat 15. causa nulli, fol. mibi 151. plurimos per Bernard. Diaz, in regul. 675. & exactè per Gratianum in regul. 35. per totam, ubi de ratione, & in regul. 171. Gutier. cons. 10. n. 16. plures per Bobadillam in politic. lib. 4. cap. 8. n. 258. ergo pariter & in nostro casu, ut ab ista sententia declaratoria, beneficium vacasse ipso jure, appellationi à possessore emittæ, ut legitime deferendum videtur.

4 Tertio magis in terminis videtur hanc partem corroborare, Flores de Mena in practic. questio. quest. 13. num. 26. ubi dicit: quod si ordinarius procedat contra recipientem secundum beneficium, etiam non inducens primi privationem ipso jure, & ad ejus privationem ob non residendum, ob incompatibilitatem, non potest ipso facto eum spoliare, & private, sed prius eum teneatur audire, & citare de causa cognoscere, si aliquam defensionem habeat, & sententiam diffinitivam proferre, à qua poterit appellari, allegat glossam in pragmatica sanctione Gallicana titulo de collation. verb. provident in fin. & aliàs procedent nulliter, & omnia per ipsam iudicem facta revocabuntur per viam attentati, nullitatis, & injustitiæ, allegat ad id cap. inter quatuor, & cap. ex parte, de cler. non residen. & Abb. & Ojedam de benefic. incompatib. c. 18. n. 5. & alios, ac in fin. dicit, quòd quando ordinarii non audiunt possessorem, in tribunalibus Regiis declaratur vim fieri.

6 Sed his & aliis non obstantibus, contraria sententia, imò hujusmodi appellationi interposita à sententia declaratoria beneficium vacasse obtentionem possessionis pacificæ secundi incompatibilis, ita ut nec illius provisionem, & possessionis traditionem, non suspendatur, non deferens ordinarius violentiam nullatenus facere; & longè verior est, & de jure probabilior,

quam & ex sequentibus fundamentis talem demonstrabo.

Primò, quia beneficium incompatible, quod ipso jure vacat, potest liberè ordinarius alii conferre nulla expectata sententia, nec citatione possessoris, Bald. in cap. cum in cunctis de electione, notant scribentes in cap. de multa de prebend. & in cap. 2. & ibi Panorm. in 3. not. de feudis, & in cap. fundamenta, ubi glossa & Dominic. de electione lib. 6. & in cap. licet Episcopus, de prebend. eod. lib. Doctores in c. ordinarii de officio ord. lib. 6. Gloss. in cap. 1. verbo liberi & Joan. de Avania, & Dominicus de homicidio, Gloss. in cap. felicitis, verbo, disponant, de penis lib. 6. tenere etiam Innocentius, Joan. Andreas & Panor. in cap. accepta, de rescript. Bald. in c. 2. in vers. amicitia, in fin. de feudis sine cul. non amit. fol. 133. incipien. questionis istius determinationem, ad fin. lib. 4. & Cardin. Flor. in clem. 1. in princ. 15. nota de penis. Imol. in c. de multa col. 2. vers. nota quod ubi per jus de preb. & in c. exhibitio col. 8. vers. 3. queritur de rerum permutatione. per notat, in c. auditis, & in cap. inter electos, de excessibus prelatorum, & Roman. notat, in cons. 212. incipit, quoad primum, in dubio primo, & in cons. 483. incipit, dubitatur 1. col. 3. vers. 3. hoc demonstratur, & Panorm. in c. 2. in nota 3. per illum textum de feudis in consil. 67. incipit, in causa qua vertitur, col. 2. in lib. 22. & Martif. Laudens. in c. si quis miles post medium titulo de feudis, sine culpa non amit. & Ludov. Bologninus in addit. ad cons. Anania in cons. 32. incipit, præstantia Domini, in vers. plus dico, col. 2. & ita tulerunt Domini de Rota d. dec. 301. incipit, nunquid Paronius in antiq. & Franc. de Ripa in c. sepè, col. pen. vers. sed dubitatur, de rescript. lib. 6.

Quemadmodum cum quis est privatus ipso jure, potest eligi alius absque alia sententia privationis, probat text. in c. fundamenta §. quod si secus, & ibi Domini, qui hoc notat, in 2. not. de electione, lib. 6. & denique præfatam sententiam receptissimam esse, probant Quintil. Mand. in addit. ad Lapum, in allegat. 16. litera A. ubi refert infinitos pro ea optimè per Ojedam de Mendoza in tract. de benefic. incompet. 1. p. c. 4. n. 6. & 7. ubi reprobatur & dicit errasse aliquos contrarium tenentes, idem Ojeda d. 1. p. c. 13. nu. 59. ubi dicit, quòd quando beneficium primum vacat ipso jure per obtentionem secundi, non sit necessarium, iudicem adire ipsius beneficii, & petere sententiam declaratoriam privationis, adducit ad id notata per Andream Tiraq. in l. si unquam in verbo, revertatur, n. 446. Flam. Par. de resignat. benefic. lib. 12. tom. 3. quest. 10. n. 10.

Quæ sententia licet verissima sit, ut ordinarius possit providere, & conferre alteri dictum beneficium, ipso jure vacans absque aliqua sententia declaratoria, & absque citatione, quia verè realiter quantum ad jus atinet, beneficium vacans est: tamen quando in collatione possessor privatus citatus non fuit, possessio facti, & illa detentatio proviso tradenda non est, nec ab ipso detentatore auferenda absque citatione, quia inauditus de ea dejecti non valet, ita probat text. in tribunalibus frequens in c. licet Episcopus, de prebend. lib. 6. Licet Episcopus (inquit Pontifex) beneficium, quòd cum animarum cura tenebat (postquam aliud recepisti simile ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit quominus haberes eandem) possit alteri de jure conferre illum tamen, cui contuleris, non debet, te non vocato (cum tibi forsitan jus possit competere reuendendi) in possessionem ipsius inducere corporalem; quod tenet ibi gl. verbo, te non vocato, & ibi latè Joan. Monz. quos refert sequitur Gemina, ibi n. 9. Lap. alleg. 103. sub n. 3. Hostiens. in c. 1. n. 9. de concess. preb. lib. 6. Innoc. in c. de multa, verbo conferat, & ibi Abb. in 4. not. Joan. Andreas in verbo liberè Imol. col. 2. vers. not. quod, & alii, omnes ibi scribentes, Abb. cons. 67. lib. 2. Gem. cons. 117. col. ult. Card. cons. 63. col. 2. vers. nam si informa, & cons. 74. col. 2. vers. pro hoc est ratio, Alex. cons. 103. col. ult. vers. unde

unde dicit, lib. 1. Barba. cons. 13. col. 2. vers. propterea lib. 3. Ruin. cons. 128. n. 8. Bald. cons. 133. in fin. lib. 4. cum aliis Hostiens. in c. sollicitè de rescript. spolia. Andr. Ill. in consil. Neapol. incipit, si vassallus à Domino, col. 3. Bald. in l. si maritus quondam, C. de donation. inter vir. & uxorem, & in c. cum in cunctis, de election. 1. 41. incipit thema hujusmodi col. 2. l. 2. Lapus alleg. 89. in Dei nomine col. 19. in parvis. Card. Floren. cons. 63. incipit, Dominus noster, col. 2. vers. item si forma, & alii, ut per Tiraquell. in l. si unquam, verbo, revertatur, n. 388. C. de revoc. dona. Ojeda de benefic. incompatib. 1. p. c. 4. n. 8. Flamin. Paris. loco mox citando.

12 Quod item esse intelligendum in provisione facta à Summo Pontifice hujusmodi beneficii vacantis ipso jure, non facta in ipsa collatione, & provisione, citatione possessoris, excurat ad tradendam possessionem proviso teneatur citare possessorem, latè etiam comprobatur Flamin. Paris. de resignat. benefic. tit. 2. lib. 11. q. 10. per tot. Ferretus cons. 4. num. 4. & cons. 10. num. 10. & extendit etiam ad omnes privationes ipso jure beneficii, secundum gloss. in d. cap. licet Episcopus, verbo te non vocato, in fin.

14 Et præfati Doctores rationem reddunt, quoniam licet dominium sit amissum aut publicatum, non tamen possessio, quæ est facti, ut ex Bald. in addition. ad Specul. tit. de locato, §. nunc aliqua q. 46. & idem Bald. con. 356. lib. 4. & in leg. si quis in tantum, col. pen. C. unde vi, plures alios, plurimam in comprobationem adducit Tiraq. in d. l. si unquam, verbo revertatur, num. 338. Ojeda supra n. 9. & Flamin. n. 11. & licet non desint, qui contrarium tenuerunt; ut etiam absque citatione possessor possit dejecti; qui obtinent, quando esset notorium, quem privatum esse beneficium, aut si possessor vocatus fuisset in sententia declaratoria, vel privativa, aut etiam in collatione ipsius beneficii, nam istis tribus casibus ei potest auferri possessio beneficii, aliter non vocato, & sine alia causa cognitione, ultra quos superius tradita doctrina verissima, & certior est, ut videndus plures in comprobationem adducens ipse Ojeda ubi supra sub n. 9. quem vide.

16 Adverte tamen, quòd ista causæ cognitio debet esse summaria, ut scriptum reliquit gl. in d. c. licet Episcopus de prebend. lib. 6. ver. te non vocato, circa medium, quam referens sequitur Flamin. Parisius loco proxime citato num. 34.

17 Nam cum per sententiam legalem verè vacans sit beneficium, tot constitutionibus & decretis canonicis statim referendis, non amplius remanet faciendum quàm ipsius executio facti, & ordinarius tunc aliud non agit; quam tanquam juris minister, & executor ipsam debitæ executioni tradit, & exequitur, ut in simili proposito ex aliis consideravit Azeved. in leg. 27. tit. 3. lib. 1. recop. post princ. & nos sup. cap. proxime præcedenti exactè probavimus, nec debet esse melioris conditionis sententia iudicis, quàm sententia juris, & ab executione & excuratore illius non appellatur, l. ab executore, ff. de appell. l. ab executione, C. quorum appell. non recip. nec ab eo, quòd sit secundum legis, & canonis dispositionem, & præceptum, nec à iudice, illud exequente, appellationi interjectæ deferendum est, tanquam contraria juris, frustratoria, non habens aminiculum, & fomentum juris, c. consilium el. 3. de appell. c. relatum de cler. non residen. l. fin. ff. de appell. recip. & ex his, quæ nos exactissimè adduximus, & in unum congestimus, & resolvimus supra c. præcedenti, pluribus ad idem citatis Doctoresibus.

19 Aded ut ita dejectus à tali beneficio per iudicem non sit restituendus, ut inquit gloss. in verbo audientia in fin. in c. in nomine Domini 23. de fin. in c. presentiam 7. q. 1. & ibi Archia. circa fin. gloss. in sum. 3. q. 1. Felin. in c. cum causa de off. deleg. col. 1. Abb. in c. dilectus 1. col. 1. de rescriptis. Abb. in cap. conquereute col. 1. & seq. de rescriptis.

spol. & in cap. licet ex suscepto in 4. col. 1. de foro compet. Felin. in cap. dilectus el. 1. col. 2. de rescript. & in d. causa col. 1. de off. deleg. & in cap. Ecclesia Sancta Maria 13. de consil. & in c. cum ordinem col. 5. Decius in cap. referentia col. 1. de prebend. Franc. de reper. in l. naturaliter §. si nihil comm. n. 92. de acquir. poss. nu. 6. cum seqq. & in c. sepè, de rescript. spolia. nu. 86. & resolvit multa in propositum adducens Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de rescript. spolia. concl. 1. num. 108.

Et idem esse in spoliato à privato (authoritate tamen iudicis) latè, & cum distinctione prosequitur post alios plurimos Ojeda ubi supra 1. p. c. 4. num. 68. cum seqq. quia ei obstat & excludit & exceptio privationis ipso jure apposta.

Et accipiendam puto hanc doctrinam (licet ipsi Doctores absolute loquantur) cum temperamento, de quo supra, ut scilicet, procedat, quando aliquo modo fuit citatus à iudice, uti videre est per Ferretum consil. 10. num. 10. vers. alius Ill. in cons. 38. prope finem, lib. 3. Bald. cons. 135. in causa prope finem lib. 2. Afflicti decisi. 361. nu. 35. quam & ratione, & autoritate comprobatur Menoch. de recup. poss. 8. remedio, nu. 50. & 53. quem ad id referens etiam sequitur Flamin. Paris. de resignatione benefic. tom. 2. lib. 11. q. 10. n. 23.

Secundò & pro hac mea opinione, scilicet ut ordinarius vim non faciat appellationi non deferendo, ab ejus provisione, & possessionis traditione beneficii, tanquam incompatible ipso jure vacantis, facit; nam omnia ferè jura hoc disponunt circa provisionem horum beneficiorum, id committunt totum liberæ facultati, & arbitrio iudicis, probat text. in cap. cum in cunctis §. cum vero, in finalibus verbis ibi, habeant liberam facultatem, de election. text. in eodem cap. in princ. ibi, de illis disponendi liberam habeant facultatem; text. in c. de multa, ibi, liberè conferat, cui meritò viderit conferendum, & c. de preben. text. in c. extirpanda §. qui vero, ibi, liberè alii conferenda cui velit & possit, & eodem text. in c. fundamenta, vers. quod si secus ibi, liberam habeant potestatem de electione lib. 6. idem probant text. in c. ordinari. de off. ordin. lib. 6. c. nec capianda, de concess. preben. lib. 6. c. 1. §. sacri eod. lib. c. felicitis in princ. ver. quia vero, de penis in 6.

Sed sic est quòd licet inter nostros in variis itum est sententias, an liceat appellari à iudice, cujus arbitrio aliquid relinquatur, ut infra videbimus suo loco, tamen illud est apud omnes receptissimum, ut à iudice cujus facultati, & arbitrio libero aliquid relictum est à jure, appellationi deferendum non esse, ita docent Innocentius & Hostiensis in c. ultimo de feriis, & Joannes Baptista à Sancto Severino in c. admonendi, nu. 265. vers. 1. ff. de iurejur. Felin. in c. exceptionem, n. 2. in fi. de exceptione, & in cap. super his nu. 8. de accusatio. Ruin. cons. 149. n. 9. lib. 4. Ill. in l. 1. in prin. n. 6. ff. si quis jus dicit non obtemper. Covarr. lib. 2. variar. cap. 12. num. 5. Menoch. de arbitrar. judic. lib. 1. quest. 7. num. 13. & alii per nos inferius allegati, latè diximus supra 2. p. cap. 8. ante fin. versiculo, similiter clausula (suo libero arbitrio, &c.) à num. 119.

Cum libera facultas, & arbitrium dici non possit, quòd ab alio dependentiam habet, cum illud hæc dictio (liberè) importet, scilicet, sine alterius consilio, consensu, interventu, requisitione, seu interventione, vel aliàs; ita optimè & exactè per Tiraquellum in l. si unquam in verbo revertatur n. 135. & Bald. in c. 1. nu. 6. de rescript. dicit, quòd importat voluntatem absolutam, ut post Bart. Alexand. contra alios consuluit Roland. à Valle cons. 61. nu. 18. volum. 1. Aymon. cons. 322. n. 5. Ruinus cons. 18. n. 6. & cons. 84. num. 9. lib. 1. & hæc dictio, liberam denotat potestatem faciendi actum sua sponte, alterius voluntate non requisita cap. 1. de rescriptis. juncta gl. verbo, ut liberè cap. 2. in fin. de testament. lib. 6. c. 2. ubi gl. verbo liberè, & Doctores de jure patr.